



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculu[m] officii misse expositorium

Johannes <de Lambsheim>

Heidelberg, 1495.06.29

Alia oratio vnde supra

urn:nbn:de:hbz:466:1-30862

Orationes pulcre ac deuote dicende añ misse celebracione et sacra communione.

Quoniam conscientia trepida opus deo accedo ad sumendum mysterium corporis et sanguinis tui. de proprijs meritis nihil presumens. sed de tua pietatis misericordia tantum accedens. Carnis mee me retrahit fragilitas sed caritatis mysterij delectat charitas. Recordare creature tue quam redemisti. Peccet me quod peccavi et te ad iram puocaui. et ideo cupio me emendare te tantum adiuuante. Da mihi domine spacium penitendi: quod tantum delinquenti. Et concede ut hec prelibatio corporis et sanguinis tui quam indignus mere et corpe suscipe et tractare debeo. sit omnium peccatorum remissio. cogitationum turpium fugatio. honorumque sensuum reintegratio. operum tibi placentium salubris efficatio. anime et corporis contra diabolicas infestationes fortissima tutio. et contra vitia omnia insuperabile firmamentum.

Alia oratio

Domine deus clementissime pater da mihi facinoroso et omni scelere nequissimo. peccatis multis polluto. egentibus etiam culpis ad eternam damnationem iudicato. hodie corpore et sanguine domini nostri iesu christi filij tui sic sumere te largiente. ut per hec merear veniam omnium peccatorum meorum suscipere et spiritu tuo sancto repleri. et ab eo custodiri ab omni malo. et in omni bono erudiri. quia tu es deus verus et summus. Amen.

Alia oratio vnde supra

Deus qui de indignis facis dignos. de peccatoribus iustos. de immundis mundos. Munda cor meum ab omni cogitatione immunda et sorde peccati. et fac me dignum sanctis altaribus

32.
nibus ministrum. et accede precibus ut in hoc altari ad quod indignus accedo hostias acceptabiles offera pietati tue pro peccatis et offensionibus et meis innumeris quotidianis excessibus. et pro omnibus circumstantibus omnibusque mihi consanguinitate ac familiaritate coniunctis. et pro omnibus christianis viuis atque defunctis. Et per eum sit tibi meum sacrificium acceptabile quod se deo patri obtulit in sacrificium iesus christus filius tuus dominus noster. qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus. per omnia.

Alia oratio

Omnipotens et misericors deus. ecce ego indignus peccator accedo ad sacramentum corporis et sanguinis filij tui unigeniti domini nostri iesu christi. Accedo inquam infirmus ad medicum vite. immunus ad fontem misericordie. cecus ad lumem veritatis eterne. nudus ad regem glorie. Rogo ergo immense charitatis tue abundantiam. quatenus meam digneris sanare infirmitatem. lauare fedtatem. illuminare cecitatem. ditare pauperatem. vestire nuditatem ut ipsum panem angelorum regem regum et dominum dominantium. tanta reuerentia. tali timore honore et amore. tanta fide puritate et deuotione. necnon tali proposito et humilitate suscipere merear sicut decet imperiosi et magnifici nominis tui. et expediat salutem anime mee. Accende domine in me charitatem tuam. vitia extingue. virtutes infunde. gratias adauge salutem mentis et corporis mihi tribue. Inclina celos tuos domine et descende ad me. ut tibi coniunctus et unitus tecum pater vnus efficiar spiritus. O pie pater concede mihi ut dulcissimum filium tuum quem nunc velatum accedentibus suscipio reuelata tandem facie merear contemplari.

Alia oratio vnde supra

Quoniam piissime iesu fons misericordie. te toto corde et ore confiteor. te totis viribus concupisco. Dignare